

32. Consuetudo non facit legem positivam.

33. Præjudicata non habent vim legis, circumstantiæ variant casum.

34. Et casus fortuitus potest occasionem præbere ad legem.

35. *Medicus*, qui solum adhæret recentiorum medicorum placitis, neglectis antiquorum scriptis in partibus potioribus ad praxin pertinentibus idiota est nec medici mensuram implet, imo nec dextre officio suo fungi potest.

36. *Antiquorum* medicorum scripta in cynosuram suæ praxeos eligens melior medicus futurus, quam qui placitis recentiorum mordicus adhæret.

37. *Multum* quoad anatomiam, physiologiam, pathologiam & pharmaciam debemus recentioribus, sed quoad semejoticam, medendi methodum, & dieteticam plus debemus antiquis.

38. Quidam Spinosam refutantes sunt similes iis novaculam ad lapidem molarem acuentibus.

39. *Cocceismus*, & *Cartesianismus* sunt duo poli, alteri Theologiam, alteri philosophiam appenderunt, verum utraque in obliquum declinat, hæc in syncretismum, ista in Hobbesio-Lockio-Spinosismum degenerat.

40. Spinosæ dogmata tutius ignorantur, quam refutantur.

Manum de Tabula.

F I N I S.